

Perillustri Viro,

BENJAMINO AUBERIO
MAURERIO
FONTIDANGEO,

Christianissimo Regi in sanctiore
consistorio Consiliario,

*Et ejusdem in fœderatâ Belgicâ
Legato.*

Illustrissime Domine,

ETSI præsentem Galliarum, &
fœderatæ Belgicæ statum co-
gitanti, non difficile esset con-
jicere, quantopere, si unquam, nunc
publica te negotia distinerent, fidu-
cia nihilominus fuit compellandi tui,
atque id non aliâ de causâ, quàm ut
Rhetorices hos libellos quinque tibi de
manu in manum traderem. Parum id
verecundè à me factum esse, dixerit
aliquis: sed tamen multa erant quæ
ad illud impellerent. Nam obversa-
batur animo primum singularis planè
prope divina, in tanta dignitate
humanitas tua. Simul occurrebat, te,
magni Mecænatis exemplo, literatos
non minus, quàm literas solitum a-
mare,

GERARDI JOANNIS VOSSII

R H E T O R I C E S

G O N T R A C T A,

S I V E

P A R T I T I O N U M

O R A T O R I A R U M

Liber Primus.

C A P. I.

De Natura Rhetorices.

1 S.



Rhetori nomen impositum est a dicendo, quod Græcis est πειν: unde bene dicendi scientia Rhetorice vocatur.

Rhetoricen alii dictam volunt ab εἶπω, id est, dico, quia docebat bene dicere: alii à πείω, id est, fluo, quia ejus beneficio, fluminis instar, procurrat oratio. Sed etymologia neutra est vera. Nam εἶπω quidem, quia præterito destituitur, mutuari illud cogitur ab ἐπείω, unde ἐπίπρω, non πῆπρω ἀναλόγως diceretur. A πείω autem quod fluo significat, foret πείπω, & πείπειν, quod alia verbalia ostendunt, ut sunt πείσμα †, πείσις, (a) πείσις (b) Quare omnino venit à πείω (c) πῆσις (d) id est, dico, unde & πῆμα (e) πῆσις (d) πῆσις (e) Hoc πείω autem κατ' ἀφαιρέσιν factum

† Humor
a Fluendū
b Fluidus
c Verbum
d Dictum
e Dicendus

qui non subtili & sicco, sed populari & fuso, delectetur genere dicendi. Nolle tamen eas debet, ne inanibus verbis frustra luxuriet oratio.

§. 8.^o Loci Rhetorum proprii sunt triplices, alii argumentorum docentium, alii conciliantium, alii permoventium. Græci ea vocant, λόγους, ἡδὴ καὶ πείθει *

* rationes, mores, effectus,

Optimè hanc rem expressit Aristoteles 1.^o Rhet. & ex eo Cicero lib. 1. de Orat. ubi inquit, Ratio omnis dicendi tribus ad persuadendum rebus est nixa; ut probemus vera esse ea, quæ defendimus; ut concilemus nobis eos, qui audiunt; ut animos eorum, ad quemcunque causa postulabit motum vocemus. Et ibidem: Meæ totius orationis, & illius ipsius quam modo Crassus in cœlum verbis extulit, tres sunt rationes, ut ante dixi, una conciliandorum hominum; altera docendorum; tertia concitandorum. Harum trium partium prima lenitatem orationis, secunda acumen, tertia vim desiderat. Nam necesse est, ut is qui nobis causam adjudicaturus sit, aut inclinatione voluntatis propendat in nos, aut defensionis argumentis adducatur, aut animi permoventione cogatur.

§. 9.^o Omnis ea de triplici hoc argumentorum genere doctrina dividitur in partes duas, primariam unam, ac magis simplicem, alteram verò ex priori ortam.

Prior illa seorsim exponit λόγους, quibus probatur quaestio finita; seorsim item de singulis



gulis affectibus agit: seorsim quoque ἡθολογία tractat. Etque hæc pars planè necessaria, unde ab Aristotele & veterum aliis, accuratè explicatur. At posterior applicat superiorem doctrinam ac species quasdam minores: ut sunt gratulatio, gratiarum actio, consolatio, & similes. Hanc partem Aristoteles non tractat ex professo, eo quòd ratio de istis agendi, modò usus aliquis accesserit, non ita magno negotio ex iis quæ dixerat, cognoscatur. Propterea nos quoque de priori majore cum curâ dicemus, alteram strictius, nec negligenter tamen, exponemus.

7. S. *In parte principe auspicandum ab argumentis ἀποδεικτικοῖς, sive docentibus. Sunt hæc, vel ἐντεχνῶν, sive artificialia: vel ἀπυχνῶν, sive inartificialia: ἐντεχνῶν, & inveniendæ sunt & tractanda oratori: ἀπυχνῶν non inveniuntur ab oratore, sed foris allata tantummodo ab eo tractantur.*

Artificialia Ciceroni dicuntur *instita*: inartificialia autem *assumpta*. Ita causæ insunt argumenta, quæ probant aliquem esse cædis auctorem, quia habuerit occidendi animum, item vires ad eam rem atque occasionem: & quia signa existent cædis ab eo patrata. At illa foris assumuntur, quæ petuntur à confessione servi, rumore vulgi, aut similibus.

8. S. *Loci artificialium argumentorum vel generales sunt, vel speciales.*

9. S. *Loci generales sunt domicilia argumentorum tribus causarum generibus communium.*